

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**D. Laurentii Heisteri Profess. Pvbl. Helmstadiensis
Academ. Caesar. Regiae Lodin. Ac Berolin. Collegae
Compendivm Anatomicvm Totam Rem Anatomicam
Brevissime Complectens**

Heister, Lorenz

[Norimbergae, [MDCCXXXII.]

VD18 90513150

[Explicatio Tabvlae Sextae.]

urn:nbn:de:gbv:45:1-9958

sculis instar radicularum undique dependentibus, copiosissimis, ab aliis, quod sciam, nondum delineatis, ornata: ubi notanda

C C C C Tunicarum fœtus pellucidarum pars, a quibus vasculosa a me ex parte separata sive detraeta est, ut una cum fœtu in liquore suo ambiente conspicī possit: nam sciendum, maximam partem huius ovi humani tunica tali vasculosa, vasculis fluctuantibus, ut pietæ sunt, & dependentibus fuisse instructam.

D D Funiculus umbilicalis rudi modo adhuc apprens.

Fig. 27* **a a a a a** Ovulum a muliere per quatuor circiter, ut credit, hebdomades grida, magna uteri haemorrhagia & doloribus reiectum: quod fere pellucidum, multisque vasculis sive radiculis chorii, tanquam villis, in ambitu ornatum, in quo

b corpusculum appetet, embryonem adhuc informem repræsentans, quod quoque adhuc asservo.

Fig. 28. **a a a a a** Est pars ani & intestini recti aperta.

b b Inæquales eminentiae & rugæ in extima ora ani, ubi venæ lividæ tumentes in hoc cadavere apparebant.

c c c margo, qui a litt. **c c** ad litt. **a a** inferiores instar fimbriæ erat, ubi sphincter & intestinum rectum colore & consistentia, ut plerumque fieri solet, differebant.

d d d d Oscula minima quamplurima circa intestini recti finem, cum multis glandulis subrotundis, ut in hoc cadavere apparebant.

e e e e Oscula quædam maiora setam admittentia,

infra fimbriam recti, ubi sphincter situs est, prout in hoc cadavere videnda erant, quorum duobus setæ immisæ.

EXPLICATIO TABVLAE SEPTIMAE.

Fig. 29. Ostendit *intestinum ileum, colon, cæcum cum processu vermiciformi*, quomodo se sœpe habeant in infante recens nato, flatu distenta & exsiccata.

A A Pars intestini ilei, eiusque in latus seu parietem coli sinistrum ingressus.

B B Pars intestini coli,

C Intestinum cæcum, eiusque in processum vermiciformem peculiaris & diversa, quam in adultis, mutatio: in infantibus enim his cæcum sensim sensimque angustatur in processum hunc, coni quasi figura; cum in adultis id alia fiat ratione, & cylindricus fere sit.

D E Processus vermiciformis in hoc infante singulari modo inflexus: primum enim a **C** sub ileo transibat & ascendebat ad **D**. Deinde vero supra ileum iterum reflectebatur, & descendebat ad **E**.

Fig. 30. Eadem *intestina a parte posteriori*, ut cœci mutatio in processum vermiciformem, quomodo in infantibus plerumque se habeat, clarius conspiciqueat.

A A Intestinum ileum cum eius in colon ingressu.

B B Colon,

C Cœ

